ORAVSKÉ MÚZEUM P. O. HVIEZDOSLAVA

Ampliſſimo Viro,

DN. VVOLFGANGO Francken/

Tutelaris Curiæ

IN CELEBERRIMA REPUBLICA NORIMB.

ARCHIGRAMMATEO, &c.

benè meritiſſimo,

Dn. & Amico pl. honorando,

proſperam valetudinem & omnia fauſta precatur

JOH. GEORG. FABRICIUS, D.

DEſtinaverat Tibi Filius meus, Wolfgangus Ambroſius, Orationem ſuam de Lucernis Veterum, in publico Promotionis Doctoralis actu, hoc ipſo anno, Baſileæ Rauracorum, niſi DEUS aliter conſtituiſſet, habendam. Cui ut lucem afferrent earundem Imagines, Sculptoris manum advocavi. Sed ecce! cum Filius, peragratâ ITALIA, in GALLIAM properans ex Monte Pelio Lugdunũ venit, lethali morbo correptus periit. Non periit, ſed piè defunctus vitâ eſt, ac intra dormitorium ſuum reconditus futuram beatorum Reſurrectionem, cum Vita Æterna, exſpectat. Qvoniam verò nihil præter Vultûs & Induſtriæ Imaginem poſt ſe reliqvit, agedum, ut æqviter partiamur hæreditatem, Tu qvidem Induſtriæ iconas, Tabellas haſce, cum voto conſtantis valetudinis, accipe: mihi verò Vultûs effigies relinqvatur, cum acerbo dolore.

Vale, Vir Ampliſſime, & hoc debitæ Gratitudinis ſignum habe. Dabam triſti calamo è Muſeio, poſtridiè Nonar. Februarii, Anno 1653.

ORAVSKÉ MÚZEUM P. O. HVIEZDOSLAVA
ČAPLOVIČOVA KNIŽNICA

LUCERNÆ
Veterum Infidelium.

I. ÆGYPTIORUM & II. ROMANORUM.

I.

Cymbium, ſive Apuleiana Ægyptiacæ Iſidis Lucerna. Vid. Fortunat. Scacchi Elæo, chriſmatum Myro thecium. 1. fol. 57.

II.

Lucerna ænea, monomyxos. Ex Joh. Baptiſt. Caſaly Libro de Veterib. Ægyptior. Ritib. fol. 29.

III.

Lucerna ænea, monomyxos, quæ extat ap. eund. Joh. Bapt. Caſal., libr. et fol. citatis.

IV.

Lucerna ænea, monomyxos. Habetur ibid.



V.

Lucerna ærea, dimyxos, penſilis. Romæ recon ditur in Franciſc. Angeloni, in ſignis Antigvarij, Museio.

VI.

Lucerna ærea, dimyxos, penſilis. Aſſerva tur in eâd. Urbe à dicto Fr. Angelono, Antigvario & Hiſtorico Romano perce lebri.

ORAVSKÉ MÚZEUM P. O. HVIEZDOSLAVA

LUCERNÆ
Veterum Fidelium. I. IUDÆORUM.

Lucernæ Septem Candelabri ſancti. Ex Scacch. El. Myroth. I. fol. 60.



Lenticula ſacra ſeu Vas Olearium, Binis cum Inſundibulis. Ex Scacch. El. Myroth I. fol. 117.

Lucerna fictilis ab Ant. Bosio, Romæ in viâ Portuensi trans Tyberin vbi Coemeterium Hebræor. antiquorum fuit reperta. Vide eius Romam ſubt. foli



Tab 3.

LUCERNÆ TRES ALIÆ,

nunquam hactenùs æri inciſæ.

I.

Lucerna fictilis, octolychnis, muralis, ex Julij Faveræ, inſignis ap. Romanos Cavaloris, Muſeio Ann. 1647. à Sigism. Schulio Norimbergam allata.





II.

Lucerna fictilis, monolychnis, muralis, extra Urb. Rom, in Viâ Appiâ, propè Sepulchrum Cæciliæ Metellæ, & Coecilij Fil., Coniugis Craſsi, inventa.



III.

Lucerna fictilis, monomyxos, muralis, ferè per medium fracta, Romæ, extra urb., in Coemeter. Calixti, propè S. Sebaſtian., à Sigism. Schulio reperta & propriâ hui, manu [illegible] è terrâ eruta.

II II.

Vaſa tria, maius & minus vitrea, tertium a. fictile, à Romanis olim ad lachrymas excipiendas facta. Vid. Ant. Boſij Romam ſubt. fol. 201. et Joh. Bapt. Casalij Librum de Vet. Rom. Ritib. fol. 256.



ORAVSKÉ MÚZEUM P. O. HVIEZDOSLAVA

CHARACTERES, NOTÆ AC SYMBOLA,

qvibus primitivæ Eccleſiæ Chriſtiani, cum in ſubterraeis Romanor. Cavernis Tyrannidem Idololatrar. Imperator. effugientes latitarent, Sepulchra ſua utrinq; facta inſignire atq; diſtingvere ſoliti fuerunt. ex Anton. Bosij Româ Subterr. collecta.



ORAVSKÉ MÚZEUM P. O. HVIEZDOSLAVA